



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

IX Quod beatorum animae mox vt de corpore exeunt ad Christum pergunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**



HAY. DE VARIET. LIB.

triennium moreretur (sicut religiosi alij, qui præsentes fuere testati sunt) in hora sui exitus Ionã propheta, Ezechielem quoq; & Danielẽ cœpit aspicere, quos dum ad se venisse diceret, & depressis luminibus eis reuerentiæ obsequium præberet, ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi, quæ erit in illa incorruptibili vita noticia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus, prophetas sanctos, quos nimis nunquam viderat, agnouit.

Quod beatorum animæ mox vt e corpore exeunt ad Christũ pergũt. Cap. IX.

Greg. **Q**uod nunc ante restitutionẽ corporum in cælo recipi valeant animæ iustorũ, neq; de omnib; iustis fateri possumus, neq; de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorũ animæ q̄ in cælesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur, in quo dilationis damno quid aliud innuit, nisi quod de perfecta iusticia aliquid minus habuerunt. Et tamen luce clarius constat, quia perfectorũ iustorum animæ, mox cum huius carnis claustra exeunt, in cælestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per se veritas attestatur: Vbi cũq; fuerit corpus illuc cõgregabuntur & aquilæ. Quia vbi ipse redemptor noster est corpore, illuc procul dubio colliguntur & animæ iustorũ. Et Paulus dissolui desiderat & esse cũ Christo. Qui ergo Christum esse in cælo non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo negat. Qui etiam dissolutionem sui corporis atq; habitationẽ patriæ

Mat. 24.

Phil. 1.



## LIBER PRIMVS.

cælestis, dicit: Scimus quoniam terrestris domus huius habitationis dissoluatur, quod ædificationē habemus ex Deo, domū non manufactam, sed eternā in cælis. 2. Cor. 5.

Quod nunc animarum sola beatitudine perfruuntur electi, post resurrectionē vero animarū simul & corporū. Cap. .X.

**E**lecti autem nunc animarū sola, post modum Greg. vero etiam corporū beatitudine perfruuntur, vt in ipsa quoq; carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusq; pertulerūt. Pro qua quippe geminata eorū gloria scriptū est. In terra sua duplicia possidebūt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorū animabus scriptum est: Apoc. 6. Datus sunt illis singulæ stolæ albę & dictum illis vt requiescerēt ad modicum tempus, donec impleatur numerus cōseruatorum & fratrum eorum. Qui itaq; nunc singulas acceperūt, binas ī iudicio stolas habituri sunt. Quia modo animarū tantummodo, tunc autē binæ stolæ albæ, animarū simul & corporū gloria lætabuntur.

Quod per quinquagenariū perpetuitas futuræ quietis nostræ mystice ostendatur.

Caput. XI.

**N**on sine magno mysterio quinquagenarius numerus in datione vel gratiæ vel legis obseruatus est. Nam quinquagesima die pasce, Beda. & lex in monte populo data est, & gratia spiritus di-

b ij